Et ideo ubi excommunicator intendebat oīno excommunicare tenet excommunicatio. licet sit iniusta. Idem in absolutione: quia si absoluens intendebat oīno absoluere etiā si expressa essent falsa et iniusta tenebit absolutio. ut in c. venerabilibus. s. vbi. de sen. excō. li. vij.

Absoluti debet excommunicatus qui se offert ad iusticiam. nō obstante appellatioē partis aduersoē debet tamē recipi ante absolutionē sufficiens cau-
tio ab eo q̄ iuri parebit. de ap. qua fronte. q̄ si ex-
communicatus impetrat absolutionē sc̄iente aduersario. et non p̄ tradicente. nec aliquid petente. Ip̄e
aduersarius nō potest postmodū conqueri. q̄ remis-
isse videat. de re iudi. q̄uis.

Et iuitus potest quis absolui ab excommunicatioē. sicut et iuitus excommunicari. imo ma-
nente cōtumacia. potest quis discrete remittere ex-
communicationē iuste latā. si videat salutē eius ex-
pedire fm Tho. in. viij. dī. xvij. Sed Ri. in. viij.
di. ea. pcedit hoc de sententia hominis. Sed de sen-
tentia iuris dicit q̄ absolui non potest iuitus; al-
legat. xxvij. q. ii. nec quisq̄. Et hoc est rationabile
fm eum. quia cum voluntarie fecerit illud. cui exco-
municatio est ānera. videat aliquo modo ex volū-
tate sua excommunicatus. Et ideo sine sua volunta-
te. et requisițioē non potest absolui. Hoc tamē di-
ctum Ri. potest intelligi de iusticia. non autē de
necessitate.

Cum quis dubitat se esse excommunicatū. si su-
per hoc habet conscientiā scrupulosam nimis. depo-
nat eam ad cōsilium boni viri quā si nolit vel non
possit deponere; vel habeat ad hoc p̄babilem op̄i-
nionez faciat se absolui ad cautelam. extra de sen.
excō. solet. li. vij.

Excommunicator cognoscens errorem sue exco-
municatioē debet reuocare sine absoluere. nō ob-
stante appellatioē aduersarij. sed si de errore du-
bitat potest absoluere accepta cautioē q̄ iuri pa-
reat. sed caueat index. ne errorē singat in p̄iudiciū
alterius p̄tis. de sen. ex. sacro.

Ligatus pluribus sententijs: vel una ex diuer-
sis causis. si vult vere absolui debet eradicare om-
nē sententiā et causam. et sic una absoluio sufficit
ad plures excoicationes tollendas. als non tene-
ret absoluio; q̄ per surreptionē obtenta esset. ext
de sen. excō. officij. Et p̄ declaratioē hui⁹ materie
dic fm Ri. vbi s. q̄ aut ille est excommunicatus et
iure ant a iudice. Si a iudice; aut ab uno aut a plu-
ribus. Si a pluribus. nisi absoluat a quolibet. nō
est simpliciter absolutus nisi absoluat a superiorē
eorum. Si ab uno; aut una excommunicatioē; aut
pluribus. Si pluribus. non est simpliciter absolu-
tus. nisi exprimatur causa cuiuslibet excoicationis.
Si una. aut ille qui absoluit. sue excommunicatioē
faciat causas aliquas fraudulēter; et alias exprimit

et talis absolutio est inanis. de sentē. excō. enī pro
causa. Aut eas tacet ignorantē. q̄ tunc non reco-
lit. et tunc credit q̄ si absoluens haber intentionē
simpliciter relaxandi excoicationē quam tulit in
eum simpliciter est absolutus. Si autē non inter-
dit eum absoluere ab excommunicatioē. nisi p̄ com-
parationē ad causas quas exprimit. credit q̄ ab-
solutus nō est. nisi forte sint tales cause; q̄ una sine
alia nō mereat excoicationē.

In articulo mortis potest absolui excommunicatus a simplici sacerdote. ar. de pe. dist. i. quē pe-
nitent. et de sen. excō. non dubium. Sed si non fue-
rit absolutus. Si tamen apparuerint in eo signa
contritionis poterit absolui post mortem ab illo
qui eum sanum absoluere poterat. de sentē. excō.
a nobis. el. ii. Et valet talis absolutio. ut sepeliat ī
loco sacro; vel vt sepultus non exhumetur. sed vt
oretur pro eo. Idem et fortius dicendum est q̄ in
articulo mortis quilibet simplex sacerdos fm In-
no. in. c. nuper. de sentē. excō. potest absoluere a
quocunq̄ peccato quātūcunq̄; enormi. dūmodo
non sit ānera censura. Et casu quo talis euaderet
periculū mortis. non est amplius necesse q̄ se pre-
sentet episcopo. quia solum reperitur canticum; ut
quis teneatur post euasionē periculi se presentare
superioribus nisi in censura excommunicatioē. vt
in. c. eos. de sentē. excō. li. vij. His tamen cautus.
quia q̄n potest haberi copia episcopi comode. nō
debet se simplex sacerdos etiam in articulo mortis
intrrompere de casib⁹ referuntis fm Inno. Si
militer nec in hoc articulo absoluas excommunicato-
res p̄ p̄cessum curie et Sartina quam babes in fi-
bius operis. nisi cum modificatione ibi posita.
aliter absoluens esset excommunicatus excommunicatioē
papali; cum multis alijs penis. Articulus
mortis intelligit non solum de piculo mortis p̄
pter infirmitatē. sed etiā si sit in periculo quocunq̄
vicino morti. puta quia timet hostem vel predonē
vel crudelitatem hominis potentis. vel si esset trāsi-
turus per loca piculosa. fm Inno. et Ho. Idem
dic de eo qui tenetur in vinculis. Hoc tamē casu
vel simili iniūget absoluens excommunicato. q̄ im-
pedimentō cessante; se illi representet a quo fuerat ab-
soluendus. mandatū eius sup hoc humiliter re-
cepturus. de sen. excō. ea noscīt.

Aut autē transfretare volens possit absolui a
simplici sacerdote. Dic fm Lan. et Berñ. q̄ aut
iminet periculū mortis. puta naufragium. et tunc
licet p̄fieri. aut non iminet piculum. Et tunc nō
licet absoluere ab excommunicatioē vel alio pecca-
to. Non enim intrando mare semp iminet piculum
mortis. qd si sic esset. nullus transfretare.

Sed quid de obessis? Hostis dici fm Ho. q̄
aut obessis impugnat cum machinis. balistis et
armis. et tunc potest absolui. Si vero nō impugnat
sed stant aduersarij in campis alonge. et non p̄t
absoluui. Et intelligit de iuste pugnante; quia si ob-
essim se iniuste defenderet. tanq̄ rebellis. absolui
non posset. hec p̄i. lib. i. ti. xv. Addit tamen q̄ si
iste iniuste obessim iuste penitet; et secure exire nō
potest. q̄ ex quo iminet sibi piculum mortis absolui

poteſt. dūmodo nihil faciat quod ſibi imputari poſſit.

Vuid autē de pregnāte. dum eſt ipse partū. an abſolui poſſit? Hic per predicta q̄ ſi poſſit haberi comode licentia epifcopi. illa haberi debet. ſin autē pſideranda eſt qualitas hui⁹ mulieris ſim docto. an videlicet ſit fortis p̄fletio vel debilis. et an ſit ſolita parere cum magnis dolorib⁹ vel pauciis. Et ſim hoc iudicabit discretus inder. an abſolui debeat vel ne. Sed tū nō obſtantib⁹ p̄dictis. poſteſt dici. q̄ talis mulier in tali caſu poſſit abſolui; q̄ accidit in puncto qđ nō puenit in anno. Posſet em̄ accide re q̄ haberet duos fetus in utero. aut maioris quātitatis vñ huimodis. licet alis multo tienis ſine dolorib⁹ peperiferet: vt ſepe accidit de facto.

Van autē laico in articulo mortis liceat cōfiteri. Rū. de hoc habes duas glo. singulares. ſez in. c. paſtoralis. de offi. or. ⁊ in. c. a nobis. el. ii. de ſen. ex. quas Panor. in dicto. c. a nobis. approbat quo ad abſolutionē ab ercōmunicatiōne. licet quo ad peccata ſecus ſit. Et de quo dicto Panor. facit magnū feſtum. Et dicit q̄ ille glo. ſunt magni effectus quia heres nō cōpellet ampli⁹ p̄ abſolutione ire ad pa panī vel ad eum a quo defunct⁹ viuens erat abſoluēdus. Et nota hoc: quia eſt magne utilitatis. Et glo. in dicto. c. a nobis. ⁊ Panor. vocant iſtam abſolutionē factā a laico. in hoc caſu. remiſſionem potius q̄ abſolutionē. Idem tenet Ar. f. q̄ vocat huimodis abſolutionē rēcōciliatiōne. Predicta tū vera. vbi deſit copia ſacerdoti.

Van autē liceat laico tempore necessitat⁹ cōferre ſacramentū eucharistię. vt vuta: decidit quis et nō repit p̄ſbyter. nūquid poſſit laicus capere eu charistię de ecclesiā ſet exhibere infirmo? quidā vt refert Inno. dicit q̄ ſic. ſed collet. poſt Ho. fir mare videt nedū laico. licet iſtud ſacramentū attētare: ſed nec etiam diacono. De diacono tamē vi de. j. diaconis.

Vuid autē de extrema uincione? Et licet qui dā dicat. q̄ laicus poſſit illa cōferre tge necessitat⁹ cōiter tū hoc non tenet.

Absolutio.ij. f. percū/ tentiū clericos. Inuitientes manū vio lentas in clericū: religiosum masculū vel feminaū: vel cōuerſum: vel cōuerſam ſunt ercōmunicati: vt in. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiiij. ⁊ in. c. non dubium. de ſen. ercō. dum tamē ſint religio niſ approubate fm̄ Ho. Idem dic de penitente nouicium religionis. approubate per. c. religioso. de ſentē. ercō. li. vij.

Vuid autē de conuersis eccliarum ſeculari um? Hosti. in dicto. c. non dubiu. diſtinguit. q̄ aut iſti conuersi retinent ſibi aliquā priuatem. et tunc non gaudent hoc priuilegio. Aut dedi carū ſe ſet ſua ſet incidunt tonsorati vel mutarū habitū interreffendo horis diuinis. ⁊ tales gaudent hoc pri uilegio. Idem Panor. ibi dicens q̄ pro hoc opti meſit. c. vt priuilegia. de priuilegiis. vbi oblati qui nō obtulerū ſe ſet ſua: nō gaudent priuilegio illorū qui buſſe obtulerū. imo plus dicit ibi Panor. q̄ ta

les etiā nō gaudent priuilegio ſori: ſed debeat cōue nir corā iudice ſeculari. q̄ nihil hic in teruenit qđ eos debeat eximere a ſofo ſeculari. Iꝝ largo modo ſint pſone eccliaſtice. Et refert ſe panor. ad nota. p̄ eum in. c. ij. de fo. cōpe. vbi dicit q̄ ſolenniter pe nitentes nō gaudent priuilegio ſori. nec etiā here mite. Iꝝ glo. in. c. qui vere. xvij. q. i. ⁊ glo. in. c. aliud xij. q. i. dicunt p̄trarium. Ratio eſt fm̄ eum: q̄ hic nō interuenit aliquis act⁹ q̄ habeat iſtos eximere a iurisdictione impatoris: q̄ eſt duplet. ſez receptio ordinis: ⁊ querſio ad aliquā de religionib⁹ appro batio: vt in. c. fi. de re. do. Hic ut em̄ tales etiā ſeruo. Ita et in eodem ſtatu cendiſſiunt. Idem tenet Lau. et Jo. de ligna. Sed opinionē glo. ſequit Inno. ⁊ Archi. Et dicit pa no. q̄ opinio Lau. et Jo. de lig. videt verior. licet alia equor. imo pl̄ dicit Panor. q̄ iſtuati q̄ incedunt diſcalciati ſet portant capucinū non debeat gau dere priuilegio: q̄ nō ſunt clerici. quia ordinē non recipiunt: nec p̄fitent tria ſubſtantialia. imo nullū imo putat eos peccare mortalit̄. cum veniant contra p̄ſtitutiōne dicto. c. fi. Nec panor. Et ſi p̄dicti non gaudent priuilegio ſori. min⁹ gaudebunt pri uilegio canonis. cū priuilegio ſori. min⁹ gaudebunt pri uilegio canonis. ſaltem ex priuilegio Sixti. quod incipit. Sacroſancta.

Van autē legati poſſint abſoluere ercōmunicatoſ. p̄ iniectione manū violenta in clericū? Rū. tres ſunt ſpecies legatorū. put notaſ per Panor. ⁊ glo. in. c. ercōmunicatiſ. de offi. le. Quidā dicitur de latere. ⁊ hi ſunt cardinales. Secūdi ſunt cō munis pſone. Terciū vo dicunt legati rōne dignitatis vel locales ſeu naū: q̄ naſcunt in illa dignitate eo ipo q̄ p̄mouent in illā. Drimi legati poſt q̄ egredunt vñbē. donec in vñbē reuertant beneſcii abſolutiōis quibuscūq; poſſint impendere p̄ iniectione manū violenta in clericū. ſiue tales ſint de priuicia ſibi decreta q̄ extra tā ſubditis q̄ extraneis. Et etiā a quaquinq; iniuria etiā quo ad muſtationē ſeu interfectionē clericoz. per. c. ad eminentiā de ſen. ex. qđ loquit in diſtincte. et hoc tenet Ho. ibi. que opinio cōiter approubaſ. put di cit Panor. ibi dem hoc intellige: nū ſit reuocatus nam ſi eſſet reuocatus nō poſſet aliquid de legatiōne attingere: q̄ incoſtinenti definiſt eſſe legatis. imo panor. in dicto. c. ercōmunicatiſ. dicit q̄ nūc nec inſignia legatiōis debet exercere. Item ſpec. t. de lega. dicit q̄ in loco vbi eſt papa nō debet lega tuſ alii ſe veniens exercere in aliquo dignitatē ſua. Et fm̄ aliquos hoc caſu nec abſoluere. Nec etiā debet vñ inſignijs ſe populo benedicere. Intellige ſolenniter. Et Panor. dicit q̄ ſepe fuſt interrogatus. nūquid legatus deſtinatus ad certam priuiciam poſſit exercere ſet vñ inſignijs legatiōnis in itinere: anteq; ingrediat priuiciam ſibi decretam: ⁊ q̄ poſſit facit. l. i. et. ii. ff. de offi. p. con. vbi dicitur. q̄ p. conſul poſteſt extra priuiciam ſibi decretam iurisdictionem voluntariam exercere: ſet vñ inſignijs. Secus ergo cōtentiosam: ſic dñ

Absolutio.ij.

Sunt extra terminos sue legationis non poterunt ea que requirunt cause cognitione. Legati vero pape equipans proconsilibus et presidibus: ut in c. iij. de offi. le. li. vi. Limita tamen quod dictum est de absolutione, propter injectionem manu: non extendendum ad alias absolutiones referuatas pape nisi hoc eis fuerit concessum in speciali: quia in istis exorbitantibus et prohibitis non sit extensio de uno casu ad alium; etiam per maioritatem rationis: ut in c. qd translatione de offi. le. Secundum vero legari. scilicet ratione personae possunt absoluere subditos existentes in provincia. Item secundo extra provinciam non possunt extrados absoluere. Et iste casus est clarus. Itet est tertius casus dubius: quia aliunde venientes, scilicet extraneos non possunt absoluere etiam in provincia. Sunt aliqui casus dubii. Primus an possint absoluere subditos extra provincias? Panorum in dicto c. excommunicatis, dicit communiter doc. tenere quod extra provinciam neminem possint absoluere. Et Ioh. an. dicit ita servari de facto. Secundus casus dubius est: nimirum isti possint subditos extra provincias absoluere cum licentia iudicis provincie illius vel diocesis. Et videat quod sit, quia contentiosam iurisdictionem quis exercere potest in subditos extra territorium suum cum licentia iudicis illius territorij. Hosti, dicit hoc esse equum. Sed quia hec potestas dat ut legatis istis cum limitatione non videat quod debeat isti, legati excedere formam eis prefixa, per dictum c. excommunicatis, de quo dicto Panorum ibi facit magnum festum: dicens, nota singulariter hoc dictum quod potestas collata alicui in certo loco ex privilegio non potest exerceri etiam in subditos in alio loco, licet consentiat dominus territorij, secus in iurisdictione competente de iure communis. Tertius casus dubius est: nimirum legatus possit absoluere suos subditos: quod incurruunt alibi excommunicatione. Hosti, videt tenere quod non, per ter, in dicto c. excommunicatis, dum dicit aliunde contingat accedere. Quidam tamen tenet praevaricatum, quod putat Panorum, verius ut quemadmodum possit subditos delinquentes extra territorium punire: ut in c. cum contingat, de fo. cope. Ita et absoluere facit: quia de delicto primo extra provinciam potest, prius sacerdos absoluere parochianum suum. Et sic dicto c. excommunicatis. Intelligit de non subditis venientibus aliunde. Quartus casus dubius. Nimirum si non subditi venirent ad provinciam legati et incurrerent ibi excommunicationem, an possint absoluiri a legato? Ioh. tenet quod sic, quia isti non dicuntur aliunde accedere: cum non veniant excommunicati. Et ad hoc facit notabile dictum abbatis in dicto c. excommunicatis, ar. dicti ter, quod scholaris veniens ad studium excommunicatus non potest absoluiri ab episcopo loci illius studij. Iz esset casus a quo potuisset absoluiri a pro episcopo, secus si incurrisset ibi excommunicationem. Et quo posset notabiliter dici quod potestas que contrahitur ratione domicilij non extendit ad prius commissam. Quod tam dictum non admittit generaliter Panorum. Et bene dicit panorum, quod hoc dictum non admittit generaliter. Nam praevaricatum dictum est supra. Absolutio.ij.

Vin autem legatus possit absoluere excommunicatum a se in sua provincia postquam egressus est provinciam: Ioh. in c. nouit, de offi. le. dicit quod non, quia secundo provinciam priuatus est dignitate, scilicet de officiis. ps. i. iij. et statim expirat iurisdictio. Hoc verum est. quod erit provinciam et animo non redeundi. Et hoc ubi hec absolutio requireret causa cognitionis, secundum si non requirit causa cognitionis et in foro penitentiali poterit absoluere.

Vin autem legatus respectu persone possint absoluere excommunicatos, per enormi iniuria: R. Archi. f. dat regulam quod solum summum pontificem vel legatum de latere tales possunt absoluiri quoniam iniuria est enormissima: puta quoniam est processum ad homicidium vel mutilationem meam. Panorum, tam in c. quod de his, de sen. ex. per ter, illum qui non distinguunt inter enormem vel mediocrem: satis innuit quod a qualibet iniuria legatus absoluere potest etiam per homicidium dictum generale: generaliter debet intelligi, ac etiam eadem ratione: quia loquuntur generaliter de legatis intelligemus de virtutibus: ad hoc dictum c. quod translatione, et c. excommunicatis, que loquuntur indistincte. Tercius vero legatus neminem possunt absoluere: nec in provincia nec extra: nec subditum nec extraneum. Ratio est: quod legatus ratione loci est pretensus, unde si isti possent absoluere excommunicatos, clerici illorum locorum praeter privilegium quod habent ex c. si quis, xvij. q. iij. quia nunquam processores eorum tenerent ire ad curiam, cum haberent superiorem qui eos absoluueret. Hec tam limita in istis et in precedentibus: ut precepsant in casibus reservatis pape: sed in casibus in quibus episcopi locorum possunt absoluere etiam isti legati absoluere poterunt cum sint ibi ordinarii.

Queritur quot sunt species iniurie: R. In Ioh. an. et Panorum in c. peruenit, de sen. ex. quod sunt tres quo ad positum nostrum, scilicet leuis, mediocris, et enormis. Pro levi iniuria quilibet episcopus potest absoluere iure suo, auctoritate dicti c. peruenit. Pro mediocris vero non potest episcopus absoluere nisi priuilegiatos. Pro iniuria vero enormi episcopus regulariter non absoluiri nisi in necessitate: et ubi specifice sibi committit. Et que dicat iniuria leuis: quod mediocris: et que enormis: potest dici Iohannes afferre. Leuis est, si quis ponat manum super clericum malo animo: vel accipiat eum per vestes vel per habendas vel per manum: vel brachium. Et hoc intelligi potest ubi superior vel par est is qui biniusmodi intulit. Id est Hosti. Leuis etiam iniuria Iohannes Panorum, est indicanda arbitrio boni viri ex varijs circumspectis psonarum: locorum et temporum. Si enim clericus ministri solitenter in altari, publice manus quis invicerit leuter, non indicaretur leuis que a leuis esset. Et quedam est leuis contra puerum: vel in dorso vel cum manu vel baculo in occulto: quod gravius esset contra senem: vel in capite: aut facie: vel cum pugno: vel cum ense: vel in manifesto. Quedam etiam iniurie sunt quasi medie inter leues et graves: quarum etiam qualitas ex circumstantiis varijs est pensanda. Gravius autem dicitur Iohannes Panorum, et Iohannes quoniam vulnus quod est illatum requirit medicamentum.

cirugie; vel emplastroz t huiusmodi. Et ad p̄dita vide tex. aureū. Insti de iniuris. §. atrox. ubi dicit Atrox iniuria extimatur; vel ex facto veluti siq̄ ab aliq̄ vulnerat? fuerit v̄l fustib⁹ celsus. Vel ex loco; velut si cui i theatro v̄l i foro vel i p̄spectu p̄toris iniuria facta sit. Vel ex persona velut si magistrat⁹ iniuria passus sit; v̄l si senatori ab humili persona iniuria facta sit. Aut parēti patronoq; fiat a liberis vel libertis. Monunq; etiā loc⁹ vulneris atrocem iniuriā facit; velut si in oculo quis peccusus fuerit. hec ibi. Et glo. in v̄. in oculo. dicit; vel ore. At panor. in. c. cum illo: n. de sentē. excō. elicit banc regulam singularem q̄ excessus notori⁹ dicitur enormis ratione notoriætatis. nam peccusus in plates vel theatro seu in ecclesia dicit atrociter iniuriatus. per dictū. §. atrox. Et ideo tene menti q̄ ep̄pus a talib⁹ iniurijs notorijs absoluere nō potest; quia nō possunt dicilenes; ex quo sunt notorie. Asten. etiā facit regulā q̄ v̄bi ex tali iniectione manū in clericū generat scandalum. tunc l̄z alsit leuis iniuria efficitur grauis et sic ep̄scopus absoluere non poterit. et de hoc videcas in dicto c. cum illorū. Idem potest dici de iniuria facta in clauistro; vel cimiterio eadem rōne. Et sic quilibet iniuria alsit leuis; ibi facta reputabit grauis. Idem dicendum fm. Ho. quoties inferior; t subditus i superiorē manus iniecerit. Idem de monacho; q̄ absente abbate peccusit vicarium abbatis. Idem dic de similib⁹. Ho. tamē circa p̄dicta dat regulam q̄ iudicium de leui iniuria; vel enormi est totū arbitrio ep̄icōmitēdū. Aueat tñ sibi de arbitrio tēpato. Sunt casus fm. Ho. in quib⁹ iniūcias manus in clericos citra sedem apostolicas potest absoluere. Nam⁹ est in articulo mortis. xvij. q. iij. siq̄ tamē iniūcias manū est ei q̄ si euaserit sedi apostolice se p̄sentat; vel ei qui possit eum absoluere. mandatum eius super hoc receptur⁹. extra eo. c. quod de his. Et idem in casib⁹ sequentib⁹. remoto impedimento. p̄ter q̄ in puer. vt extra de sen. excō. decēto. et. c. ea nosc̄t. et. c. q̄n̄is. et. c. fi. Et si cessante impedimento non se p̄sentat; incidit in eandē sententiā. extra de sen. ex. eos. li. vi. Et intellige in eadē. scz specie; nō numero. t erit eiusdem nature sicut prima. Utputa si erat ab homine; erit ab homine. Si a iure erit a iure; cuz suismet appendicijs et conditionib⁹.

Quid autē si sedes aplica vacat. an talis absolvitus poterit differre donec fuerit p̄iulsum de pastore? Rū. Panor. in dicto. c. qđ d̄ his. dicit q̄ nō q̄ sede vacante semper est penitentiari⁹ qui gerit vices pape. t sic teneat se p̄sentare penitentiario. alsit incurrit eandem sententiam excoicationis. Querit etiā Panor. de notabili. q̄stioꝝ t quotidiana i dicto. c. decēto. vt ille tex. t siles habeat locum in excoicatione lata ob alia causam q̄ p̄ter iniectionē manus vt non valens ire ad papam possit absoluere ab ep̄scopo? Et dicit Inno. tenere q̄ sic. Et addit Panor. q̄ hoc bodie p̄baſ clare in dicto c. eos. Idē tenet. He. ibi. Idem Jo. an. t videat cōmuniſis opinio. L̄z idē panor. videat tenere con-

trariū in. d. c. q̄n̄is. Fallit tamē in casib⁹ in quib⁹ nullus absoluere potest nisi in articulo mortis. de quib⁹ diceſ. i. in tractatu excoicationi. Et in hoc p̄fessores aperiant oculos.

An autē legati dum sunt in via possint absoluere huiusmodi qui habent se apostolico p̄spectui p̄sentare. Et an huiusmodi p̄sentatio possit fieri p̄ procuratorem t multa alia? vide. i. excoicatione xxvij. Hecid⁹ casus est q̄n̄ q̄s habet inimicicias capitales; vel als⁹ justas excusationes p̄ter q̄s non potest se sed aplice p̄sentare. vi. c. decēto. et. c. ea nosc̄t. et. c. qđ de his. co. ti. Et panor. in dicto. c. de cetero. dicit q̄ non ponderat̄ quis fuerit cā inimicicie. Hatis est enī hunc habere iustam causaz nō eundi; qđ nota. Et nota aliud dictū singulare eiusdem in. d. c. qđ de his. q̄ legitimū impedimentum nō eundi est. si nō possit subire labore eundi ad curiā. Et ex hoc tex. no. q̄ detinēt infirmitate. licet nō sit in piculo mortis. potest absoluere ab inferiore. Hatis est enī hunc teneri taliū impedimento q̄ non possit ire. Et ideo dicit Hir. si quis detinereſ terciana v̄l quartana vel podagra vel huiusmodi. ita q̄ non possit ire. poterit absoluere ab ep̄o. Et de huiusmodi excusatione stabit arbitrio boni viri. ar. de offi. de causis. Tercius est in ostiario qui p̄textu officij clericū nō grauitate lesit. de sen. ex. si v̄o. el. i. Et nota et hoc tex. in ver. nō grauitate; q̄ necesse est dare iniuriā media inter leuem t graue. Nā vides hic. q̄ si iste ostiarius grauitate peccasset. non potuisset absoluere nisi a solo papa. Si autē peccasset leuiter potuisset absoluere ab ep̄scopo iure suo. non solum ip̄e hoc casu sed etiā quilibet aliis. Et ideo si iste absoluere tanq̄ plona p̄ualegiata. necesse est dicere q̄ ultra iniuriā leuē aliquid p̄misereſ. et sic dabatur iniuria mediocris a qua diuixat absoluere t alie plone p̄ualegiate. vt dicitū ē. Quartus in officiali. Sed p̄ declaratiōe huius casus. sci endū q̄ iste casus habet in. d. c. si v̄o. §. officialis. t p̄tinet duos casus. Primus est. Officialis p̄tectione manus in clericū. nō potest sine manda- to romani pontificis beneficiū absoluōis. p̄mereri. quia nulli laico sup clericū tanta datur potestas. Et hic est primus casus. Sequit̄. n̄lī forte turbā arcendo irruentē. nō ex deliberatiōe sed fortuito casu clericū ledat. t hic est secundus. Et q̄ ad primū casum p̄cludit Panor. ibi. q̄ officialis laicus iniūcias manus in clericū deliberate nō potest ab ep̄o absoluere. q̄ videt delictū nō leue. cuz nō solū incurrat iniuriā. imo v̄surpat sibi iurisdictiōe in clericū. Et sic tamē ex tex. q̄ ex dictis panor. habet q̄ iste officialis iniūcias manus deliberate in clericū quātūcū q̄ leuiter. malo aio indicat iniuria grauis. t sic nullo modo ab ep̄scopo poterit absoluere. Sequit̄ secundus casus. ibi. n̄lī forte turbā arcendo tē. Et glo. ibi. in v̄bo. casu fortuito. dicit tunc enī nō imputat̄. t sic p̄ glo. q̄ cōtiter approbat̄ iste officialis arcendo turbā. nō ex deliberatiōe. sed casu fortuito clericū ledēdo nō ē excoicat̄. In p̄mo ac casu. l̄z sit excoicat̄. nō tñ p̄t absoluere ab ep̄o. Et p̄ p̄is necesse est dicere. q̄ iste officialis non p̄putet

Absolutio. ii.

inter personas privilegiatas. immo est peioris editio-
nis q̄ alie persone privare etiā nō privilegiata q̄ sal-
tem a leui iniuria possunt absoluī iure cō a suis
ep̄is. **I**ste aut̄ officialis. nō dico ab iniuria medio-
cri: verūt̄ nec a leui absoluī pōt̄. **Q**uid ḡ dicem?
cū oēs rā canoniste q̄ sumiſte ponat hic officiale
inter personas privilegiatas: p̄dicta multū vrgent. t̄
cōsultus cū aliquib⁹ p̄itis necesse ē distinguere de
isto officiali. **N**a officialis q̄tū ad ipsitū p̄tinet.
vno mō accedit p̄ iudice vel appitorē fīm glo. ibi:
qui appitorē fīm grāmaticos dicit ille q̄ cogit veni-
re reos ad indicium. **E**t hoc mō sumiſto officiale.
dico q̄ talis nō est persona privilegiata: immo nec etiā
a leui iniuria pōt̄ absoluī ab ep̄o: qđ est notandum.
Alio mō pōt̄ sumiſto officialis. p̄t ad ipsitū perti-
net p̄ deputato ad arcendū turbā: t̄ sic ad rem li-
citā. et hec casu iste officialis inter personas privile-
giatas p̄putabili. t̄ sic etiā a mediocri iniuria pote-
rit absoluī ab ep̄o: sicut t̄ ostiarius. immo fortius cū
difficili⁹ evitetur percussionses arcēs turbam q̄ ostia-
rius. **E**t hinc intellectū sentit glo. in. c. si q̄s. xvij. q.
iiiij. **E**t hec nota: q̄ nona. **Q**uint⁹ si sit mulier: nec
distingui debet utrū sit fortis vel debilis: vidua:
vel maritata cuiuscumq; status sit fīm **P**anor. in. c.
mulieres. de sen. erco. vbi de hoc ter. **E**t ratio: q̄a
piculōsum est mulierib⁹ itinerare: t̄ imiserere se ce-
tib⁹ virorū. **E**t hoc habet laudabilis consuetudo
quā papa scit et tolerat: nec distingui dī circa eas
inter atrocē t̄ nō atrocē iniuria fīm v̄. **H**eritus si
sit senex aut̄ valitudinari⁹: extra eo. c. ea noscitur.
Qui aut̄ dicant senes. **J**o. d. sansonia dicit q̄ quo
ad generatiōē legale: t̄ quo ad potestatē adoptādi
dicit senex maior. lxx. annis. ff. de adop. l. si paterfa.
Alio mō dicit senex quo ad excusationē munerū
q̄ onaliū: maior. lxx. annis. **L**. qui eta. l. fi. li. x. ann-
cta. l. ij. §. fi. ff. de decu. ergo maior. lxx. annis excu-
sabit ab onerib⁹ t̄ muneribus: etiam excusabit ab
onere itineris: etiā si sit fortis ad ambulandū p̄
pter piculum mortis q̄ mors sensib⁹ est in ianuis.
Et fīm glo. in. p̄hemio tertii a. lxx. annis ultra non
dicitur esse in senectute quis: sed in senio. quod est
aliquā etatū terminus. et post dictā etatē debet
dici magis decrepit⁹ q̄s senex.
Quid aut̄ sit valitudo: glo. in dicta. l. si pater-
fa. dat differentiā inter morib⁹ t̄ valitudinē: quia
morbus est temporalis. valitudo aut̄ p̄petua.
Veritimus si sit membris destitutus: ita q̄ ad
sedem apostolicam non possit accedere dictio. c. ea
noscitur.
Qui aut̄ dicant mēbris destituti⁹: **P**anor. ibi
dicit q̄ claudi. ceci. t̄ alij multifarie impediti i mē-
bris. omnes enī tales dicuntur miserables persone.
Let gaudeat hoc p̄ualegio.
Potau⁹ si sit infirm⁹. t̄ **V**ir. hoc intelligit: sine
sit infirmus incurabilis: vel de cui⁹ morte dubitet
vel moribus longis: vt dictū est s̄. **E**t istis iniun-
gēndū est q̄ si euaserint q̄ debet se sedi apostoli-
ce p̄ntare. nō aut̄ p̄ absolutiōē obtinenda: q̄ iam
sunt absoluī. nisi fuerint negligētes: vt in. c. eos.
eo. ti. li. vij.

Monus in panpe. c. qđ de his: t. c. q̄uis. eo. ti.
Ed circa hoc panor. in dicto. c. ea noscitur. de mēte
Jo. an. dicit q̄ paup̄ medicans al's potens ad eū-
dum: tenet ire ad curiam. si als mendicādo potest
sibi p̄spicere: sicut et in loco in quo manet. **S**i vo
est paup̄ nō medicans nō habēs vnde vivat: nū
ex artificio suo qđ exercere nō pōt̄ in itinere. tunc
habet locum dicta capitulū: qđ de his. t̄ q̄uis. **E**x
quo enī non est solitus medicare sed ex artificio vi-
uere: nō tenet p̄ absolutiōē habenda medicare.
immō plus dicit **J**o. an. q̄ si solitus medicare ex mē-
dicitate p̄spiciebat sibi t̄ vro. t̄ itinerando non
posset p̄spicere vro: tūc nō tenet ire.
Decimus si regularis verberat regularē: vt. c.
monachi. et. c. cū illorū. eo. ti. t̄ panor. in dicto. c. cū
illorū. dicit ex illo ter. abbate posse absoluere suos
monachos ab excommunicatioē inflicta pro violenta
manū in ecclesiā in monachū: sine incederint i ex-
communicatioē post ingressū religiōis: siue ante.
dūmodo excessus nō sit enormis.
Quid aut̄ in his qui nō sunt sui iuris: sicut
filiaſſa. t̄ serui. extra eo. mulieres. t̄. c. relatiū. **E**t de
filiaſſa. glo. in dicto. c. mulieres. t̄ **J**nno. intelligit
si sunt impuberis. al's aut̄ si sunt adulti. licet sint in
patria potestate: mittendi sunt ad curia: q̄ in hoc
sunt sui iuris: quia possunt ire quo volūt. **H**ostī.
videt tenere atrarium. **E**d **J**o. an. cōcordando
distinguit. q̄ aut̄ filius existens in potestate patr̄
tenet familiā de per se. puta vrorem et liberos. t̄
tunc p̄cedit opinio glo. **A**nt̄ est i familiā paternā
t̄ tunc p̄cedit opinio **H**ostī. **P**anor. aut̄ in di-
cto. c. mulieres. dicit q̄ sibi non placet indistincte
opinio **J**o. an. quia licet filiaſſa. sit extra familiā
patris. tamē ex quo non est sui iuris tenet assistere
t̄ obediē patri t̄ ei comoda patrie potestatis exhibi-
bere. **O**nde idem putat i filio: quod t̄ in seruo ex
benigna interpretatione iuris. hec **P**anor. **E**t dictū
Panor. posset verificari quidē talis filius existēs
extra familiā patris necesse haberet prouidere
ip̄i patr̄: al's non. **Q**uo vo ad seruos: dic q̄ si ser-
nus percutit clericū excommunicatus est. dicto. c.
relatum. et ire debet pro absolutione ad sedē apo-
stolicam. nisi hoc fecerit in fraude domini sui: vt
se subtrahat ab obsequio domini: aut ip̄e domi-
nus propter hoc sine culpa sua graue dannū in-
curiat. **H**is enim duobus casibus absoluī potest
ab episcopo loci: si lesio fuit etiam mediocris. **G**e-
sus si enormis. **E**t intellige fīm **P**anor. de seruis
christianis. nam si essent infideles: non essent ca-
paces excommunicationis: vt in. c. gaudemus. de
dino. **I**tez intellige de seruis: qui sunt seruiliſ cō-
ditionis non de familiis seruientib⁹: q̄ de his nō
inueniē iure cautum.
An aut̄ idem dicendum sit de viro: si i frā-
dem vrois hoc faciat t̄ in liberto qui tenetur pre-
stare opas: glo. i dicto. c. relatiū. **R**ū. q̄ hoc nō
credit cū hoc nō inueniāt in iure cautum. **E**t hoc
edictū: vt omnes ad curia mittantur: qui expre-
sse non excipiuntur: prohibitorū est. **E**t hoc cō-
munitur tenetur a docto. fīm **P**anor. ibi. **E**t licet

hoc casu vniuersit punitur viro suo sine culpa sua, non tamen sine causa. licet **H**oc fuerit in contraria opinione, qui facit unam regulam generalem de filiosa, pubere et impubere, de seruo et liberto, et testimoniis de viro qui verberat clericum in fraudem virtutis; ut oes isti non teneant ire.

Vnuodecimus de his qui sunt magne potentes, et ita delicati et labore eundi ad curiam nequeunt sustinere, papa est consulendus. dicto. c. mulieres. **S**lo. ibi dicit, quod ad arbitrium episcopi est referendum. Et si videbitur episcopo quod labore eundi nequeant sustinere; propter penitulum more, illos absoluere poterit recepta sufficiet cautione; quod parebunt mandato ecclesie. Si vero periculum non timetur, consulatur papa antequam absolvantur, hec glo.

Tercius decimus in impubere, extra eo. c. j. etiam si post pubertatem postulat se absoluere, extra eo. ca. fi. Et hoc si est dolus capax, alii non incident in excommunicationem. Et panior. in dicto. c. fi. elicit ex illo tex. unam regulam; quod beneficium semel indulatum minori; ex quo cepit habere locum, non extinguit per superuenientiam maioris eratis. Et facit ad questionem. Numquid impubes factus pubes possit testificari de his que vidit in pupillari estate? **R**u. glo. in. l. iij. s. l. **J**ulia. ff. de testi. et glo. in. l. motionem. ff. de ver. signi. et glo. in. l. ad testi. ff. de testa. cocludunt quod sic. Et hoc nisi lex ad substantiam negoti exigeret certum numerum testium; ut in testamento, ubi tempore testamenti exiguntur idonei testes ut valeat; et sic ut sit solenne. Secus ubi ut veritas inquiratur. **B**ar. antez in dicto. s. lege dicit hoc verum. dum tamen excelsus infantia. alii secus.

Vquartus decimus de clericis qui communiter vivunt; ut de vita et honeste cleri, quoniam, quod communiter exponitur; quando simul vivunt in aliquo collegio, et ibi **P**anor. dicit quod istud privilegium operatur ut isti clerici possint absoluere ab episcopo; cuicunque iniuria est mediocris. Idem in religiosis, ut extra eo. monachi, sed monachi possint absoluere per suum abbatem. ubi vero iniuria sit atrox; nec isti; nec illi absoluuntur nisi a solo papa; ut in dicto capitulo; quoniam.

Vquintus decimus in moniali; extra eo. de monialibus, et **P**anor. ibi notat; episcopum posse absoluere indistincte moniales; quantuque excessus sit enormis; ergo papa non reseruat sibi causum enoritatis. **R**o. est; ne moniales habeant maiorem in uerecundia imiscendi se ceteris virorum. In monachis vero excipit iniuria enormous; ut in. c. cum illorum. extra eo.

An autem episcopus possit absoluere exceptas; **S**lo. in dicto. c. de monialibus. dicit quod sic, et tam exceptas quod non exceptas absoluere; auctoritate pape sibi per hanc decreta, indulta tanquam delegato ad hoc. Et **P**anor. ibi dicit; quod hanc glo. sequitur communiter docto. Sed **P**anor. dicit iminere dubium, quid in istis sonoribus sancti **F**rancisci, et aliorum mendicantium; cum habeant generali supra se, habentem quasi episcopalem potesta-

tem super eas, nesciunt possint ab eo absoluere. **A**bsolutio, videtur forte dicendum quod non; quia hoc tantum indulsum fuit episcopis ob reverentiam ordinis episcopalium, ergo non licet inferioribus hoc attendere, quod videtur satis dubitabile. **H**ec **P**anor. tamquam ad moniales sancte **C**lare fratrum minorum aliud est dicendum, hodie per privilegeia sua, et a solis suis visitatoribus possunt absoluere nec episcopi in aliquo possunt se intromittere.

Verius decimus in hospitalariis sancti **J**ohannes. hospitaliyanis hos absoluere suus prior; si est sacerdos, nisi excessus fuerit enormis, extra eo. canonica. **N**ota etiam **F**m. **H**ostii. ibi; quod templarii non gaudent hoc privilegeio quia licet inscione debet extendi per idempritatem rationis, secus est in irre prius legato, licet glo. tenuerit contrarium in dicto. c. cum illorum.

Veptimus decimus in his qui clericis non enormes sed modicas et leuem iniuriam irrogant, extra eo. peruenit.

Ved nesciunt illi qui possunt absoluere ab excommunicatione pro violenta manu injectione, possint huiusmodi absolutiones alii committere; **R**u. glo. in. c. eis quibus de officio ordi. dicit; quod illis quibus ex officio, scilicet ordinario competit in certis casibus illos absoluere; qui pro violenta manu injectione sunt excommunicati, licet alii huiusmodi absolutionem committere, cum viscerint expedito dicto. c. eis.

Ved quibus conuenit hoc ex officio? **R**u. **F**m. **H**of. ibidem, hoc conuenit legatis ex officio legationis, extra de officio, le. quod translationem. Conuenit etiam illis; quibus hoc committitur ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis; ut **A**rchidi. **H**of. cui ratione dignitatis concessum est priuilegium absolucionis excommunicatos in studio **H**of. commorantes; delinquentes ibidem. Item episcopis in certis casibus; ut dictum est supra. Item abbatibus, extra eo. cum illorum. omnes iste predicte cum viderint expedire possunt super his auctoritate dicti canonis, scilicet eis quibus ordinario iure competit, vices suas committere. Et idem dicendum est de aliis excommunicatis, scilicet quod illi qui ordinario iure, vel delegato a principe possunt ab eis absoluere, possunt aliis vices suas committere cum viderint expedire, dummodo delegatus habeat iurisdictionem. Si vero sit alicui concessum ex priuilegio speciali quod absoluere possit, talis committere non potest; quia certum ministerium sibi committit in hac parte, non aut iurisdictionem, extra de officio, dele, quoniam, hec glo. in dicto. c. eis. **I**dem **H**o.

Absolutio.ij. scilicet regularium. Regularis si possit regulae eiusdem claustrorum, ab abate vel alii a predicto, quod non potest absoluere. Et in summo, cetero, habetur quod inter predictos platos predictandi sunt pores contuetales fratrum predicatorum, et **G**uardiani minorum, et omnes pores contuetales cuiuscumque ordinis sunt qui non habent supra se maiorem in eodem conuentu. Secus de predictis triis vel quatuor regularium

Absolutio. iiiij.

qui p. voluntate sui superioris; preficiuntur et amouentur. Et istud priuilegium extendit ad fratres; et magistrum hospitalis bierosolymitanus; si tamē p̄sbyter est. al's nō extra eo. canonica. Et f3 dicitur. intelligit de regularibus siue sint monachi vel canonici. Et si non sufficit prudenter abbatis est discretio ep̄i adhibenda. Et hec intelligenda sunt nisi excessus sit difficultis etenim: ut si ad mutilationem membra vel ad effusionem sanguinis ex vulnere sit processus vel si i epi vel abbatē sit manus injecta. Et ex proprio significato. iste terminus effusio significat abundantiam.

Secundo si regularis percutit regularē alteri claustrū: fīm. Ho. prelatus p̄p̄ius absoluet. et platus percussi aduocatur. nō vt absoluat: sed verberabit percussorem in satisfactionē. ex quo monachus non habet unde soluat. licet dicitur. dicat q̄ vterque abbas vocatur ad absoluendū. Sed panor. in c. cum illorum. eo. ti. dicit. q̄ sibi placet ratio Ho. q̄a non videt rationē: quare alienus abbas vocetur in absolutionē nō subditi.

Quid antē si regularis percutit regularem extra claustrū: nūquid possit p. abbatem absoluīt. Ho. tenet q̄ non: sed debet absoluīt ab episcopo. Et si sunt sub diversis episcopis debet cōueniri episcopi illorum episcopatuī: vel vñus cōmittere alteri p̄put de abbatis dicitur in. fī. si vo. in dicto. c. cum illorum. mouet per tex. in. c. monachi. eo. ti. et dicto. c. cum illorum. obi fit mentio d. claustro. Secus ergo si extra claustrū. nam tūc violatur iurisdictio ep̄i. et ordo ecclesiasticus cōfundit: si sua iurisdictio vñicuique nō seruāt. xij. q. j. c. peruenit. Sed panor. in. d. c. cū illo. dicit q̄ abbas et cōiter doct. tenent oppositū: nam in. fī. si vo. d. c. cum illo. nihil dicitur de claustro. Ad iura vo. facientia mentionez de claustro: supplendū est maxime. in hoc tamen dubio dicitur. Ho. an. q̄s fecisse seruari qđ episcopū cōmisit abbatī.

Quid si platus non est sacerdos: vel excōdicat vel mortuus vel huiusmodi. Ho. dicit q̄ ad diocesanum recurrentem est: quod intelligendū est fīm. vī. et dicitur. taz de exēptis q̄ nō exemptus: siue sunt monasteria viroꝝ siue mulierū.

Quid si regularis percutit clericū secularem eiusdem diocesis vel alterius? Respōdeo. q̄ si unus prelatus eum absoluīt: in eo calū in quo secularis clericus percutiens clericū seculare absoluīt p̄t ab ep̄o extra e. religioso. li. vi. et glo. in v. eo casu dicit. puta: quia leuiter percussit: vel est debilis: vel delicatus et cetera.

Absolutio. iiiij. Quo ad satis-
faciendū. Sciendū q̄ absoluīti a sentē-
tia canonis vel hominis cū nequeant recur-
rere ad illū a quo fuerat absoluēti p̄pter piculum
mortis: vel aliud impedimentū si cessante piculo;
vel impedimento: se nō p̄nitēt illi a quo debebat ab-
solui: recepturi mādatū eius et satisfacturi ut opor-
tet. reincidentū ī eandē sentētiā. Et eodē mō reinci-
dunt absoluīti a sede apostolica vel eius legatis: q̄
bus injungit: ut ordinario vel alteri se presentent

p̄o penitentia. et q̄ iniuriatiā satisfaciant. et hoc faciant q̄cūtius comode poterunt. extra eo. eos. lib. vii.

Dopter violentam manū iniectionē in clericū satisfactio pecunaria fieri solet: que quidē applicabīt monasterio si manus iniecta fuit ī monachū. ar. xij. q. j. non dicatis. et extra dī sta. mo. cum ad monasterium. Si autem in clericū secularem: satisfactio ip̄i clericō applicabīt. nīsi in contumeliam ecclesie fuerit pulsatus. nam tunc ecclesia agere potest iniuriarū: ut insti. de iniuri. S. q̄ si viuissimus. Hec fīm. et Ho.

Excommunicatus p̄pter dāminū: si satisfacere potest: nō debet absoluīt nisi satisfaciat. et peccant qui tales absoluūt: sed tamē absolutū est: fīm. vī. Si autē emēdam prestare nō potest: debet absoluīt. recepta idonea cautione q̄ satisfaciet si ad pinguiculam fortunam puenerit. de solu. odoardus. Et hec cautio erit pignoratīca vel fideiūssoria: q̄ hec dicit idonea quā si prestare non potest: saltem prestet iuratonā. absoluīto emī nō est neganda. xxvij. q. vi. si p̄sbyter. talis quoq̄ ad petitionē ad uerlarī tenet cedere bonis fīm. vī.

Absolutio. v. Quo ad modū
non potest quis absoluīt sub conditiōne.
puta si satisfecerit: q̄ talis absoluītus nō
est simpliciter absoluītus fīm. vī. et extra de regu.
li. actus. li. vi. Et fīm. Panor. in. c. de quibus. de
bap. intelligit de conditione suspēdente actum.
puta de futuro. Secus si esset conditiō de p̄teri-
to. que proprie non est conditiō: quia non suspen-
dit actum. vtp̄ta baptizo te si non es baptizatus
Item nota fīm. Hen. de Gan. in quotlibeto suo.
q̄ prelatus potest cōmittere ea que ad eum p̄teri-
nent sub hac forma. Cōmitto tibi audiē confes-
siones et absoluīre de talibus casib⁹: cuī absens
fuerō sub tali conditiōne: q̄ mihi confiteant cum
fuerō reuerlus. quia confessio nihil aliud est q̄ ligamen ostensio. Et idem ligamen pluribus po-
test ostendi. Et tunc nō habet vigorēm prima cō-
fessio nisi sub proposito faciēndi secūdā. Sub ta-
li autē forma. Cōmitto tibi audiē confes-
siones et absoluīre sub tali conditiōne. q̄ non valeat tua
absoluītū nisi mea subseqnat: vel ratam habeam
eā. vel quousq̄ ego ab illis absoluām. non po-
test cōmittere nec valet cōmissio. Sic enim com-
mittere absoluītū nihil est cōmittere: quia ab
soluētū aut amouit ligamen: aut non. Si sic: ni-
hil remanet ad amouēndū et amouētū est. siue
superior rātū habeat siue non siue iterato. quā-
tum est de se absoluāt: siue non quia qđ semel est
dissolutū non amplius remanet dissoluēndū
ab eodem ligamine: maxime cum dissoluēndo li-
gamen destruitur: sicut sit in absoluītō sacramē-
tali ad modū quo in absoluītō excommunicatiō-
nis a qua absoluītus semel nunq̄ ab illa est ab-
soluēndū sed solum a noua: si in illam intrudā-
tur. Si autem non amouit ligamen. casus clarus
est.

Tin absolutione a maiori excommunicatioe quatuor obseruanda sunt. Primu ut excommunicatur inter prius stare iudicatis ecclesie. extra eo. ex tenore. Sed hoc iuramentum non est de substantia absolutionis communiter factum doc. extra eo. eis desideres. Unde et si omittatur quod fieri non debet: non propter hoc minus tenet absolutionem. Porro de pueris an iurare debeat iudicio episcopi relinquitur. Mulieres autem indubitate iurare debent. Secundu ut si excommunicatus sit per notoria in aliquam offensam: non absoluatur nisi prius sufficiens emenda prestat. Pro occulta vero offensa: aut per prouinciam sufficit iuratoria cautio. Vbi nulle expense petuntur. sed vii expense pertinetur. tenendum est quod dictum est scilicet Absolutio. iiiij. Tercium est ut absoluatur per eis qui tulit sententiam: vel eius superiorum aut alium cui similiter cum psalmo o:one et verberibus. et postea subiungatur. absolutione te. ex eo. a nobis. iiij. Quartum ut postmodum excommunicator faciat illi mandata iusta et rationabilia: alio posset appellari de ap. ut debet. In excommunicatione vero a minori exprimit excommunicatus. ipso sacerdoti causam. et sic se faciat absoluiri. Et intelligitur ipius sacerdos parochianus: vel diocesanus: vel ille qui de licentia eorum est electus. nec requirit iuratoria cautio: extra eo. nuper.

Tamecum autem mandata fieri debeat absoluere quod iuravit: dicendum quod si erat excommunicatus a canone. iniungendum est ei principaliter: quod contra illius canonem nunquam veniet. Et incendiario. quod nunquam incendiat. et peccatori quod nunquam pecciat et similia. Et si quis etiam requirit cautio: quod decetero talia non faciunt extra de sen. ex. graue. Similiter etiam quod huius impecuniam absoluere ab eo: quod alio non possit iniungendum est ut quicunque poterit se presentem. Sed si apparuerit sententia iniusta nullum mandatum fiet absoluere. extra de sen. ex. sacerdotio.

Thefunctus hoc modo absoluetur. si est sepultus in cimiterio non exhumabitur. Si alibi exhumabitur et corpus vel sepulcrum verberabis: ut sit circa viuos. ut nota. extra de sen. ex. a nobis. el. iiij. Et ad quod valet talis absolutione. vide scilicet Absolutio. i. in fine.

Asolutio. vij. s. a peccato. Forma absolucionis in sacramento penitentie factum. Fco. in. iiiij. est. Ego absolu te. Et addit idem Fco. quod sacramentum penitentie potest dici sacramentum iudiciale vel iudicium sacramentale. ex hoc quod sacramentale est firmius: quam rursum uocabilius quod aliquid iudicium publicum. Et hic patet ratio quare non est necesse verba esse ita precise in isto sacramento: sicut in baptismino. et uochristia: quia sufficit quod in hoc sacramento penitentie exprimat actus sententie absoluendi: sicut etiam in iudicio publico non oportet esse limitata verba. Aut enim unus de theodoro martyre. Iubeo ignibus tradidi. Alter de cyprano. Gladio animadheri placet. Conunitur in ista verba sunt apta. Ego absolu te quecumque alia permittant vel subsequantur. Congruit etiam debita intentio ex parte absoluendi. Ex parte autem suscipientis quod sit penitentis. In absolutione autem ab ex-

cocatione factum. R. in. iiiij. d. xviii. non est necesse obseruare verba precisa sicut in primo: quod est pars sacramenti penitentie. licet primum sit etiam in ista: dicere. absoluere: tamen non est necessarium. immo sufficeret dicere verba significativa excommunicationis remotionem. Unde si diceret excommunicator reuoco. vel relaxo excommunicationem ille esset absoluere. Idem si diceret rebenedicte: vel quocumque aliud tale intendens per illud absoluere esset absoluere. extra de reg. iij. omnis reg. Et hoc factum. v. v. I. et ferme omnes doc. licet No. dicat contrarium.

Absolutio autem a suspensiōe officij vel diuinorum fieri debet sub ista forma vel similis. Ego absolu te a vinculo suspencionis quam incurristi propter talē causam. et restituo te executioni ordinum et officiorum tuorum in nomine patris et filii tecum. Tamen quod suspensio pertinet ad formam contentiosum: nec repetitur determinata forma necessaria huius relaxationis. Ideo quicquid dicat et quibuscumque verbis utatis qui valet absoluere vere absoluere sicut dictum est de absolutione ab excommunicatione. Quo autem ad irregularitatē secus est. nam relaxatio ei polum qui valet: debet fieri per illud verbum. dispensatio. et non absoluere: utputa Iudex dicat. Ego dispense tecum in irregularitate quam incurristi propter tam causam. et restituo te ad actus legitimos: vel si contraries: quoniam dubitatur.

Accusare. Utrum homo teneatur accusare: R. factum. Tho. secunda sedē. q. lxxij. Si criminis sit tale quod vergat in detrimentum reipublice. puta in multitudo corporalem vel spiritualē: tenetur homo ad accusationem diuīmodo sufficienter possit probare. Si vero non sit tale quod in multitudo redūderet: vel etiam sufficientē. probacionem habere non possit non teneat ad accusandum quia nullus teneat ad id quod debito modo probare non potest. Et addit tho. quod illud non est oīno secretum quod per sufficientes testes probari potest.

An autem in primo casu quoniam omessa talia sunt: que vergunt ad corruptionem multitudo corporalem manifestare. non tamē requisitus per superiorē nec productus in testem: R. factum. Tho. sedā secunda. q. lxx. quod de his que commissa sunt homini in secreto per confessionem nullo modo debet testimonium ferre: quia huiusmodi nescit ut homo: sed tanquam minister dei. et manus est vinculum sacramenti quolibet hominis percepto. ad hoc glorificare. sacerdos de penitentia. v. vij. Circa vero ea que alter homini ad noticiam veniunt: vel sub secreto committuntur distinguendū est. Quoniam enim talia sunt que statim cum ad noticiam hominis venient. homo ea manifestare tenetur. puta si pertinet ad corruptionē multitudo spiritualē: vel corporalem: vel in graue dannū alicuius personae: vel huiusmodi: quod quis palare tenetur vel testificando: vel denunciando: et contra hoc debitum obligari non potest per secretū omissum: quod in hoc frangere fidē quā alteri debet. Quoniam vero sunt talia quod

Accusatus

pdere non tenet. vñ pōt obligari ex hoc q̄ suo se-
creto cōmittunt. tunc nullo mō tenetur ea pro-
dere enā ex p̄cepto superioris: q̄ secretū seruare ē de
iure naturali. nibil aut pōt precipi homini p̄tra id
qd̄ est de iure naturali. quo ad hoc vltimūz aliqui
tenent contrariū.

Dico aut fieri debeat accusatio? Dic pmo qd bz
fieri i scriptis.ij. q. vlti. q criminē. sed hoc nō ē semp
necessariū. outa in leui criminē. Itē in notorijs: qā
in hīmō nec accusato: requiri de acti. euidentia.
Secū in nō notorijs etiā si manifesta sint. xj. q. iij.
eoz. Itē dīz accusatio fieri cū inscriptiōe. i. q accu-
sato: debet se ad penā talionis obligare. ij. q. vlti.
quisq. tñ et si accusato: nō inserbat ex natura tñ
accusatōnis būiusmodi pena calūnie venit. L. de
accu. l. fi. Excipiū tamē quidā casus. vt in leui cri-
mine. Item in criminē apostasie. Item cū maritus
accusabat vroze de adulterio. et būiusmodi. No-
ta tamen singulare dictū Bar. in. l. ij. L. si ser. vel
liber. l. x. q si q̄s accusat publice infamatiū: et defi-
cit in pbatione nō debet puniri pena talionis v̄l
calūnie: q̄ excusat. ppter infamia pcedente. qd est
mēti pmedicū fī panoz. i. c. cū p̄tigat. d̄ recipi-
vbi etiā dicit q̄ fama inducit iusta credulitatē. vñ
habens iustam noticiā ex fama. dicis habere ex p-
babili causa. Et idem sentit glo. in. c. inquisitioni.
de sentē. excō.

